6. Epistolar

Brief von August Hermann Francke an Friedrich Benedict Carpzow.

Francke, August Hermann

Halle (Saale), 09.03.1698

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downladed and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-16440

25 Vir Nobilissime atq Amplissime,

Viro Nobiliss. atq Ampliss. Dno Friderico Benedicto Carpzovio Aedili Lipsiensi.

Multum debeo Illustri Viro Jobo Ludolfo, quod suas ad Agnatum literas tibi curandas et ad me transmittendas commiserit. Ita enim auspice, ut credo, et provido Numine factum est, ut abs Te simul literas acciperem suavissimam tui erga me amoris significationem mihi perhibentes. Mea certè interesse existimo, amari me ab iis, quorum menti illuxerunt ii divinæ lucis radij, ut verum à falso, Dei servos ab organis Satanæ discernere possint. Accedit, quod eam Tibi Deus et animi perspicaciam, et eruditionisq amplitudinem et nominis celebritatem benignè largitus sit, ut ad illustrandam Dei gloriam, et amplianda ea quæ rectè ab alijs instituuntur conferre plurimum valeas. Proinde, si Tui sive hic, sive Lipsiæ mihi aliquando fieret copia, nil mihi

accidere gratius posset. Nam et ea Tibi libere expositurus essem, quæ boni publici causa suscepta hactenus bene prosperius successerunt, et fruitunc in quamplurimis haud dubie possem tuis, quæ non possunt non ab exquisita ratione proficisci, consiliis. Interea hac potissimum occasione meum Tibi innotescere affectum volui. Is enim ipse, qui deo sic disponente primus ansam nostro dare debuit commercio, Dn. Ludolfus, meum ad Te responsum perferre non est gravatus. Confido autem ejus Tibi quoque gratam fore amicitiam, utpote cujus non ad mundana, sed ad æterna aspirat animus, quique omnia et animi bona et vitæ hujus commoda ad bonum publicum transferre, quod pauci faciunt, enixe studet. Vale Vir Amplissime, et, si uti venerit, me quoque in complexum Tuum benigne admitte.

Amplissimi Nominis
Tui

Hala Magdeb.
d. 9 Mart. 1698.

Observantissimus
A. H. F.